

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Securitas a
cum fonte primo

Nemo securus debet esse in uita ista
que tota temptatio nominatur ut qui
fieri potuit ex deteriore melior, non fiat
eciam ex meliore deterior.

Augustinus libro X. confessionum.

Sunt enim et istae plangendae tenebrae,
in quibus me latet facultas mea, quae in
me est, ut animus meus de uiribus suis
ipse se interrogans non facile sibi
credendum existimet, quia et quod inest
plerumque occultum est, nisi experientia
manifestetur, et

nemo securus esse debet in ista uita,
quae tota temptatio nominatur, utrum qui
fieri potuit ex deteriore melior, non fiat
etiam ex meliore deterior.

Augustinus Hipponensis, *Confessionum*
libri XIII., 10, 32 (CCSL 27, L.
Verheijen ed., p.181, ll.3-9).